

EXTRACTUM EX PERIODICO

---

**LAURENTIANUM**

---

— AN. I — FASC. 3 — 1960 —

FIDELIS ELIZONDO, OFM. CAP.

---


**Pontificiae interpretationes  
Regulae franciscanae usque ad annum 1517**


**DIRECTIO ET ADMINISTRATIO**

---

**VIA SICILIA, 159 - ROMA (346)**

---





PONTIFICIAE INTERPRETATIONES  
REGULAE FRANCISCANAE USQUE AD ANNUM 1517 (\*)  
FIDELIS ELIZONDO, OFM. CAP.

Exstant permultae interpretationes doctrinales, quae naturam asceticam et in primis moralem-iuridicam Regulae illustrant, quam S. Franciscus Assisiensis anno 1223 exaravit, nonnullis discipulis eiusque etiam amico cardinale Hugolino, postea Gregorio IX, collaborantibus.

Sanctus Patriarcha duas alias Regulas antea confecerat: sic dictam *Protoregulam* anni 1209-1210 et *Regulam primam* anni 1221. Nec prima tamen, etsi viva voce ab Innocentio III approbata, neque altera officialem solemnemque confirmationem per bullam pontificiam obtinuerat. Hoc tantum *Regulae secundae* anni 1223 contigit; unde appellatio

---

(\*) – N. R. Versio huius studii in linguam latinam cura Redactionis Commentari facta est. – Auctor in suo studio his abbreviationibus utitur:

- AFH = *Archivum Franciscanum Historicum*.  
ALKG = *Archiv für Literatur und Kirchengeschichte*.  
BC = *Bullarium Ordinis Capuccinorum*, 10 v., Romae-Oeniponte 1740-1884.  
BF = *Bullarium Franciscanum*, 7 v., Romae 1759-1904.  
BF n. s. = *Bullarium Franciscanum. Nova series*, 3 v., Ad Claras Aquas 1929-1949.  
BR = *Bullarium Romanum*, 24 v., Augustae Taurinorum 1857-1872.  
CHL = *Chronologia Historico Legalis*, 4 v., Neapoli-Venetii-Romae 1650-1795.  
Epit. = C. EUBEL, OFM. Conv., *Bullarii Franciscani Epitome*, Ad Claras Aquas 1908.  
Fried. = A. FRIEDBERG, *Corpus iuris canonici*, 2 v., Lipsiae 1879-1881.  
Pont. Const. = *Pontificiae Constitutiones ad seraphicam religionem spectantes*, Venetiis 1647.  
Rod. = E. RODERICUS, OFM., *Nova collectio et compilatio privilegiorum apostolicorum*, Venetiis 1611.  
SLTO = *Seraphicae legislationis textus originales*, Ad Claras Aquas 1897.  
Wad. = L. WADDINGUS, OFM., *Annales minorum*, 17 v., Ad Claras Aquas 1931-1935.

*Regulae bullatae*, quacum Regula haec vulgo nota est. In eius duodecim astrictis ac contractis capitibus habetur summatim forma vitae, quam S. Franciscus pro sodalibus suis finxit (1).

Admirationem movet primo intuitu quod Regula franciscana, minima si cum aliis saec. XIII vigentibus comparatur (2), tam magnam et tam specialem Romanorum Pontificum attentionem et curam meruit, sicut ex numeratione documentorum quae recensemus colligitur. Res est vere singularis in monasticarum legislationum historia. Ut nobis videtur, hoc factum his causis praecipue debetur: gravibus obligationibus quibus Regula in rebus non parvi momenti sodales franciscanos vincit (3); eximiae formae vitae quam ipsis proponit,

(1) Quomodo diversae Regulae franciscanae natae sint, vide inter alia studia recentiora, V. KYBAL, *Die Ordensregeln des heiligen Franz von Assisi und die ursprüngliche Verfassung des Minoritenordens. Ein quellenkritischer Versuch*, Leipzig und Berlin 1915; D. MANDIĆ, OFM., *De legislatione antiqua ordinis fratrum minorum*, Mostar 1924; A. QUAGLIA, OFM., *L'originalità della Regola francescana*, Sassoferato 1943 (ed. 2<sup>a</sup> Sassoferato 1959); IDEM, *Origine e sviluppo della Regola franciscana*, Napoli 1948; M. BIHL, OFM., haec duo studia P. Quaglia critice examinat in AFH 39 (1946) 287-305; K. ESSER, OFM., *Zur Textgeschichte der Regula non bullata des hl. Franziskus*, in *Franziskanische Studien* 33 (1955) 219-237; *Werkbuch zur Regel des heiligen Franziskus*, Werl/West. 1955; L. CASSUT, OFM. Cap., *Die älteste franziskanische Lebensform. Untersuchungen zur Regula Prima sine Bulla*, Graz-Wien-Köln 1955; L. ZARNCKE, *Der Anteil des Kardinals Ugolino an der Ausbildung der drei Orden des heiligen Franz*, Leipzig-Berlin 1930, 102-144; B. ZÖLLIG, OFM. Cap., *Die Beziehungen des Kardinals Hugolino zum hl. Franziskus und zu seinem I Orden*, Münster i. W. [s. a.].

(2) E. gr. Regula S. Benedicti, saec. XII et XIII inter omnes maxime diffusa, habet prologum et septuaginta tria capitula (C. BUTLER, OSB., *Sancti Benedicti Regula monachorum*, Friburgi Brisgoviae 1912); Regula S. Stephani de Muret, fundatoris ordinis Grandmont, qui cessavit anno 1769, occupat plus quam viginti columnas in Migne (PL 204, 1135-1162); constitutiones Fratrum Praedicatorum, eorum legislatio fundamentalis specifica, iisdem annis conscripta sicut et Regula franciscana, in duas magnas partes vel distinctiones dividuntur (H. DENIFLE, O. P., *Die Constitutionen des Prediger-Ordens von Jahre 1228*, in ALKG 1 [1885] 165-227; R. CREYTENS, O. P., *Les constitutions des Frères Précheurs dans la rédaction de S. Raymond de Peñafort* [1241], in *Archivum Fratrum Praedicatorum* 18 [1948] 5-68).

(3) De his vide FIDEL DE PAMPLONA, OFM. Cap., *Origen de la obligatoriedad de la Regla franciscana*, Roma 1956; F. PAWLowski, OFM., *De origine iuridica praeceptorum Regulae fratrum minorum*, Roma 1923 (dissertatio manuscripta, quae in Pontificio Athenaeo Antoniano Romae conservatur); FORTUNATO DE SANTIAGO, OFM. Cap., *Doctrina de Esquivel acerca de la obligatoriedad de la Regla franciscana*, Roma 1959 (dissertatio manuscripta in Pontificia Universitate Gregoriana Romae).

e. gr. circa summum fastidium humanarum divitiarum, pecuniae contemptum, austeritatem vitae (4); immensae fratrum multitudini qui claustra franciscana usque ad saeculum XVI repleverunt, qui tamen non semper, in usu vitae quotidiano, pares se tam sublimi vitae exemplari observando sentiebant (5).

Quidquid sit, certe hoc est tenendum: nulla monastica legislatio fuit et tot commentariis explicata a scriptoribus et tam assidue custodita ab authenticis documentis pontificiis ut Regula franciscana. Et hoc praeter mentem legislatoris, qui noluit ut Regula ulla « glossa » violaretur (6).

In hac nostra expositione ea tantum documenta memorabimus, quae usque ad saeculum XVI a Romanis Pontificibus sunt promulgata. In hoc saeculo consistimus, quia iam in eius initiis tres Observantium, Conventualium et Capuccinorum familiae sat nitide distinguuntur; et documenta usque tunc lata, dum aliud non constet, ad tres familias spectantia haberi possunt. De cetero, saecula XIII-XV aetas quodammodo classica, quantum ad interpretationes pontificias Regulae franciscanae attinet, considerari possunt, quamvis postea quoque nonnullae declarationes magni momenti pro una alterave ex familiis franciscanis datae sint (7).

(4) De his quaestionibus in historia franciscana plures discussiones factae sunt, quin semper ad debitam animi aequanimitatem attenderetur, praesertim saeculo XIII et in principio saeculi XIV et XVI.

(5) Neque desunt auctores, qui dicunt saeculo XIII numerum immanem, circa 200 milia, religiosorum exstisset, quod quidem nullo modo admitti potest; tamen scientifice comprobatum est eosdem iam saeculo decimo tertio numerosissimos fuisse. Cf. G. GOLUBOVICH, OFM., *Biblioteca bio-bibliografica della Terra Santa*, II, Quaracchi 1913, 214-274; GRATIEN [DE PARIS], OFM. Cap., *Histoire de la fondation et de l'évolution de l'ordre des frères mineurs au XIII<sup>e</sup> siècle*, Paris-Gembloux 1928, 513-529, potissimum in p. 526-527.

(6) S. FRANCISCUS, *Testamentum*, in *Opuscula*, ed. 3, Ad Claras Aquas 1949, 82. Cf. K. ESSER, OFM., *Das Testament des heiligen Franziskus von Assisi*, Münster-Westf. 1949, 194-198.

(7) Ex. gr. pro Fratribus Minoribus: URBANUS VIII, *Sacrosanctum apostolatus*, 1 oct. 1625 (CHL I, Neapoli 1650, 674ab); INNOCENTIUS XI, *Sollicitudo pastoralis*, 20 nov. 1679 (CHL II, Venetiis 1718, 149a-150b); pro Capuccinis: PAULUS III, *Exponi nobis*, 25 aug. 1536 (BC I, 18a-20b); PIUS IV, *Pastoralis officii*, 2 apr. 1560 (BC I, 25b-28b); PAULUS V, *Ecclesiae militantis*, 15 oct. 1608 (BC I, 57ab).

\* \* \*

Pro certo affirmare possumus semper exstisset in Ordine franciscano consuetudinem enumerandi praecipuas bullas pontificias saeculorum XIII-XVI, sive simplici earum facta indicatione, sive quae principaliores sunt integre transcribendo. Initio saeculi XVI, nostrae inquisitionis termino, haec consuetudo sat inveterata et fundata apparet. Huiusmodi documenta primum edita apparent in quibusdam collectionibus, hodie valde rarissimis, quae monumenta diversae indolis ad Ordinem franciscanum et plus minusve ad Regulam spectantia complectuntur (8).

Collectio quaedam rarissima, sine titulo, sine numeratione, anno 1502 edita, quae vocari potest *Miscellanea iuris franciscani* (9), post Regulam bullatam et testamentum S. Francisci, refert bullas *Quo elongati* Gregorii IX (10), *Exit qui seminat* Nicolai III (11) et *Exivi de paradiſo* Clementis V (12). Sic dicta *Monumenta ordinis minorum* (13) sequentes bullas edunt: *Quo elongati* Gregorii IX (14), *Ordinem vestrum* Innocentii IV (15), *Voluntariae paupertati* Gregorii X (16), *Exit qui*

(8) De his collectionibus vide L. OLIGER, OFM., *Expositio Quatuor Magistrorum super Regulam Fratrum Minorum* (1241-1242), Roma 1950, 101-109; I. CAMPELO, OFM., *De indulgentiis seraphici Ordinis hodie vigentibus disquisitio historico-canonica*, ed. 3, Compostellae 1958, n. 28-55, pp. 26-36.

(9) [IACOBUS DE GRUMELLO, OFM.], *[Miscellanea iuris franciscani]*, Brixiae 1502. Exstat praeterea altera editio publici iuris facta Venetiis a. 1504, quam adire non potuimus, et de qua non loquuntur auctores in nota praecedenti relati. Cf. S. BONAVENTURA, *Opera omnia*, VIII, Ad Claras Aquas 1898, *Prolegomena*, p. LXXIIb et cxxi. Pariter non potuimus adire collectionem rarissimam, quae appellatur *Minoritica elucidativa*, Parisiis 1499, de qua neque Olinger et Campelo loquuntur. Cf. D. GARCIA ROJO-G. ORTIZ DE MONTALVAN, *Catálogo de incunables de la biblioteca nacional*, Madrid 1945, n. 1298, p. 334.

(10) [IACOBUS DE GRUMELLO, OFM.], *[Miscellanea iuris franciscani]*, 3 p. in duas columnas.

(11) *Ibid.* 14 p. in duas columnas.

(12) *Ibid.* 9 p. in duas columnas.

(13) *Monumenta ordinis minorum*, Salmanticae 1506. Tres tractatus in uno solo volumine comprehendit, cum distincta paginarum numeratione.

(14) *Id. tract. III*, ff. 10r-11v.

(15) *Id. f. 11v.* Ad tract. II remittit, ubi integrum transcritbit (ff. 3r-4r).

(16) *Id. ff. 11v-12r.*

*seminat* Nicolai III (17), *Exivi de paradiso* Clementis V (18) et *Quorundam exigit* Ioannis XXII (19). In collectione quae dicitur *Speculum minorum* (20) eadem apparent documenta (21); et similiter in editione secunda sic dicta *Monumenta ordinis minorum*, quae editio non anno 1511 apparuit, ut habent recentiores auctores, sed anno 1510 et in uno tantum volumine, nunc rarissimo, quod examinare potuimus Romae in bibliotheca Athenaei Antoniani (22). Huius operis tertia editio (quam ut secundam plures auctores habent) (23), ipsas anteriores bullas divulgat, addito documento *Ordinem vestrum* Alexandri IV, quod est simpliciter repetitio homonymae bullae Innocentii IV (24). Alia collectio nuncupata *Firmamenta trium ordinum* (25) continet bullas *Quo elongati* (26), *Ordinem vestrum* Innocentii IV (27) et

(17) *Id.* f. 12r. Ad tract. II remittit, ubi integrum transcribit (ff. 4r-10r).

(18) *Id.* ff. 12r-16r.

(19) *Id.* ff. 16r-18r.

(20) *Speculum minorum*, Rothomagi 1509. Dividitur in tres tractatus, cum separata paginarum numeratione. Propter typographum Martinum Morin nuncupatur etiam *Speculum Morin*.

(21) GREGORIUS IX, *Quo elongati*, tract. III, ff. 9r-10r; INNOCENTIUS IV, *Ordinem vestrum*, f. 10r (remittit ad tract. II, ubi eam transcribit in ff. 3r-4r); GREGORIUS X, *Voluntariae paupertati*, f. 10v; NICOLAUS III, *Exitit qui seminat*, f. 10v (remittit ad tract. II, ubi eam transcribit in ff. 4r-10r); CLEMENS V, *Exivi de paradiſo*, ff. 10v-14r; IOANNES XXII, *Quorundam exigit*, ff. 14v-16r.

(22) *Monumenta ordinis minorum*, [Salamanca 1510] [s. l., s. a.], in litteris goticis, simplici columna, numeratio secundum folia. Continet tres tractatus cum numeratione propria pro singulis. Cf. H. SBARALEA, OFM. Conv., *Supplementum et castigatio ad Scriptores trium ordinum S. Francisci a Waddingo alisque descriptos*, Romae 1806, ad v. *Antonius del Rincón*, 90b. Transcribit bullas *Quo elongati* (tract. III), ff. 7v-9r; *Ordinem vestrum* Innocentii IV, f. 9r (remittit ad tract. II, ubi integrum transcribit ff. 2v-4r); *Voluntariae paupertati*, f. 9rv; *Exitit qui seminat*, f. 9v (remittit ad tract. II, ubi integrum transcribit ff. 4r-10r); *Exivi de paradiſo*, ff. 9v-13v; *Quorundam exigit*, ff. 13v-15v.

(23) *Monumenta ordinis minorum*, Salmanticae 1511. Constat duobus voluminibus vel tractatibus. Cf. notam 8.

(24) *Quo elongati* (*Monumenta II*), ff. 1r-2v; *Ordinem vestrum* Innocentii IV, ff. 2v-4r, et Alexandri IV, ff. 4r-5r; *Voluntariae paupertati*, f. 5v; *Exitit qui seminat*, ff. 5v-12v; *Exivi de paradiſo*, ff. 12v-17r; *Quorundam exigit*, ff. 17r-19r.

(25) *Firmamenta trium ordinum*, Parisiis 1512. Habet quinque partes; unaquaeque cum numeratione propria.

(26) *Firmamenta*, pars IV, ff. 2va-3va.

(27) *Id.* ff. 3va-4va.

Alexandri IV (28), *Voluntariae paupertati* (29), *Exitit* (30), *Exivi* (31), *Quorumdam exigit* (32) et praeterea constitutiones anni 1430 sic dictas *martinianas* (33). Tertia vero pars opus *Firmamenta trium ordinum* (34) incipit cum transcriptione bullarum, quae in tertia editione collectionis *Monumenta trium ordinum* iam apparuerant (35). *Enchiridion seu manuale fratrum minorum* (36) solummodo bullas *Exitit qui seminat* (37), *Exivi de paradiſo* (38) et *Quorumdam exigit* (39) refert; sed fidem facit adesse quoque alias quatuor declarationes pontificias praeter memoratas, scilicet illas Gregorii IX, Innocentii IV, Alexandri IV et Gregorii X (40), quae evidenter sunt *Quo elongati*, duo *Ordinem vestrum* et *Voluntariae paupertati*. Attamen eas non transcribit, quia omnia quae in ipsis declarantur vel iam in bulla *Exitit qui seminat* continentur, vel ab ipsa abrogantur, tribus exceptis casibus quibus solvendis alia principia sunt adhibenda (41). Ioannes Argomanensis in suo opere *Speculum fratrum minorum* (42), etsi nullam ex iis describat bullis, expresse tamen notat Sedem Romanam *septem de Regula declarationes* promulgasse; illas nempe Gregorii IX, Innocentii IV, Alexandri IV,

(28) *Id.* f. 4va. Remittit ad antecedentem.

(29) *Id.* f. 4vab.

(30) *Id.* ff. 4vb-9vb.

(31) *Id.* ff. 9rb-12rb.

(32) *Id.* ff. 12rb-13vb.

(33) *Id.* ff. 13vb-17va.

(34) *Firmamenta trium ordinum*, Venetiis 1513. Habet tres partes cum propria numeratione; secunda dividitur in duas partes cum numeratione continua.

(35) *Quo elongati* (*Firmamenta*, pars III), ff. 1ra-2ra; *Ordinem vestrum* Innocentii IV, ff. 2ra-3ra, et Alexandri IV, f. 3ra (remissive); *Voluntariae paupertati*, f. 3rab; *Exitit qui seminat*, ff. 3rb-7vb; *Exivi de paradiſo*, ff. 7vb-10vb; *Quorumdam exigit*, ff. 10vb-12ra.

(36) *Enchiridion seu manuale fratrum minorum*, Hispali 1535. Constat uno volumine cum numeratione progressiva secundum folia.

(37) *Id.* ff. 6v-12v.

(38) *Id.* ff. 13r-16v.

(39) *Id.* ff. 17r-19r.

(40) *Id.* f. 19r.

(41) *Id.* f. 19r.

(42) IOANNES DE ARGOMANES, OFM., *Speculum fratrum minorum*. Editum est in *Supplementum privilegiorum fratrum minorum*, Barchinonae 1523, in ultima parte, ff. 1r-22v; altera editio in *Enchiridion seu manuale fratrum minorum*, Hispali 1535, ff. 30r-50v.

Gregorii XI (sic), Nicolai III, Clementis V et Ioannis XXII (43), ad illas scilicet notas bullas horum Summorum Pontificum implicite sese referens. Multos post annos opus *Orbis seraphicus* nuncupatum sub titulo *De variis Romanorum Pontificum declarationibus super Regulam fratrum minorum* (44) has pontificias declarationes transcritit: *Exitit* (45), *Exivi* (46), *Quo elongati* (47), *Ordinem vestrum* Innocentii IV (48) et Alexandri IV (49), *Exultantes in Domino Martini IV* (50), *Inter ceteros ordines* Bonifacii VIII (51), *Quorumdam exigit* Ioannis XXII (52) et *Amabiles fructus Martini V* (53). Et statim memorat Pontifices, qui documenta super Regulam promulgaverunt, scilicet Ioannem XXII, Eugenium IV, Alexandrum IV, Iulium II, Clementem VII, Clementem VIII, Gregorium XIII, Gregorium XV, Urbanum VIII, Innocentium XI et alios de quibus, dicit, « data occasione » agemus (54).

Certe iam ante saeculum XVI loqui possumus de traditione praecipuas bullas pontificias de Regula franciscana in unum colligendi. Notandum quippe est omnes bullas in memoratis collectionibus saeculi XVI relatas ad saeculum XIII et initia saeculi XIV pertinere, constitutionibus Martini V anni 1430 tantum exceptis. Ex quo sequi videtur post initium saeculi XIV nova documenta pontifica magni momenti circa Regulam franciscanam vix promulgata fuisse.

(43) *Ibid. ed. Supplementum*, f. 3v.

(44) DOMINICUS DE GUBERNATIS, OFM., *Orbis seraphicus* I, Romae 1682, liber IV, c. 3, 541b-571b.

(45) *Ibid.* 543a-553a.

(46) *Ibid.* 554b-560b.

(47) *Ibid.* 560b-563a.

(48) *Ibid.* 563a-564b.

(49) *Ibid.* 565a-566b.

(50) *Ibid.* 566b-567b.

(51) *Ibid.* 567b-568a.

(52) *Ibid.* 568a-571a.

(53) *Ibid.* 571b (remissive).

(54) *Ibid.* 571b. Recentius in constitutionibus reformatorum cismontanorum anni 1889 in ultima parte editae sunt bullae *Exitit*, *Exivi* et *Sollicitudo* Innocentii XI: *Statuta et constitutiones generales familiae cismontanae ordinis S. Francisci minorum reformatorum*, Ad Claras Aquas 1890, 85-106 (*Exitit*), 107-121 *Exivi*, 121-126 (*Sollicitudo*). Eaedem bullae inveniuntur in *Monumenta selecta iuris regularis*, Ad Claras Aquas 1913, 14-40 (*Exitit*), 41-58 (*Exivi*), 59-64 (*Sollicitudo*). In collectione *Seraphicae legislationis textus originales*, Ad Claras Aquas 1897, editae sunt solummodo bullae *Exitit* (pp. 181-227) et *Exivi* (pp. 229-260).

Ante bullam *Exivi de paradiso* (6 mai 1312) memorantur simul in diversis scriptis declarationes Gregorii IX, Innocentii IV, Alexandri VI et Nicolai III (55), quibus posteriori tempore additae sunt illae a Clemente V et Ioanne XXII datae in bullis *Exivi de paradiso et Quorumdam exigit* (7 octobris 1317) (56).

Bonagratia a Bergamo – qui acriter interfuit litibus circa paupertatem practicam annis 1309-1312 et circa paupertatem theoreticam annis 1321-1328, sicut etiam illis ortis in oppositione Ludovici de Bavaria adversus papam annis 1328-1340 (57) – in opere suo *Tractatus de Christi et apostolorum paupertate*, quod scripsit aestate anni 1322 (58), praecipua documenta pontificia super Regulam commemorat, id est, declarationes Innocentii III, Honorii III, Gregorii IX, Innocentii IV, Alexandri IV, Clementis IV, Gregorii X in Lugdunensi concilio anni 1274, Nicolai III, Clementis V et Ioannis XXII (59).

Ipse Ioannes XXII, anno 1224, mentem ac traditionem franciscanorum repetens (60), saepe in sua decretali *Quia quorundam* (61)

(55) Vide v. g. GUILLEMUS DE MARA, *Correctorium fratris Thomae* in sua secunda redactione (ed. P. GLORIEUX, *Les premières polémiques thomistes: I. – Le Correctorium corruptorii «Quare»*, Kain 1927), in *Quaestiones quodlibetales*, a. 6, p. 405. Cf. textum qui nostra interest in tertia redactione Guillelmi, quae tamen nondum edita est, apud R. CREYTENS, O. P., *Autour de la littérature des correctoires*, in *Archivum Fratrum Praedicatorum* 12 (1942) 313-330 (p. 325s.).

(56) V. gr. ANGELUS CLARENUS, *Epistola responsiva contra fr. Alvarum Pelagiūm de Regula fratrum minorum observanda* (ed. V. DOUCET, OFM., *Angelus Clarenus ad Alvarum Pelagiūm. Apologia pro vita sua*, in AFH 39 [1946] 63-200) p. 98, 90; BARTHOLOMAEUS A PISA, *Expositio Regulæ*, in *Analecta franciscana* 4 (1906) 378-379.

(57) De vita et operibus huius celebris franciscani vide L. OLIGER, OFM., *Fr. Bonagratia de Bergamo et eius Tractatus de Christi et apostolorum paupertate*, in AFH 22 (1929) 293-317.

(58) BONAGRATIA DE BERGAMO, *Tractatus de Christi et apostolorum paupertate*, ed. OLIGER, l. c. 323-335, 487-511.

(59) *Ibid.* 329ss.

(60) Textus ipse bullae hoc explicite asserit. Vide insuper secundam reclamationem Ludovici Bavari, quae scripta fuit collaborantibus franciscanis ipsi faventibus (ed. BF V, 271b-279b, in nota). In illa sequentes Summi Pontifices citati reperiuntur: Honorius III, Gregorius IX, Innocentius IV, Alexander IV, Innocentius V, Nicolaus III, Nicolaus IV (p. 272a), et in alio loco citatur Gregorius IX, Innocentius IV, Alexander IV, Innocentius V, Nicolaus III et Clemens V (p. 278a; vide pariter p. 279a).

(61) IOANNES XXII, *Quia quorundam*, 10 nov. 1324, in BF V, 271b-280a.

bullas Honorii III, Gregorii IX, Innocentii IV, Alexandri IV, et Nicolai III enumerat (62).

Insuper ante saeculum XVI, immo iam a saeculi XIV initis, exsistebant collectiones harum Summorum Pontificum interpretationum. Re ipsa, collectio Raymundi de Fronsac, Ordinis procuratoris in litibus annorum 1309-1312 communitatem inter et spirituales (63), inter plurima alia documenta, bullas *Quo elongati*, duas *Ordinem vestrum*, *Exit qui seminat* (64) et alias duas (65), de quibus una evidenter erat *Exivi de paradyso* (66), includebat. In altero vero manuscripto, circa medietatem saeculi XV exarato, collectae inveniuntur decretales *Quo elongati*, *Exit*, *Exivi* et *Vinea Domini Eugenii IV*, quae ultima confirmat constitutiones Martini V, editas, ut notavimus, in opere *Firmamentum ordinum* (67).

Haec traditio circa numerationem et transcriptionem documentorum Summorum Pontificum ad Regulam franciscanam respicientium, in memoratis collectionibus initii saeculi XVI contenta, semper exstitit in Ordine Minorum. Quae tamen traditio, si collectionem Antonii Cordubensis aliasque posteriores cum praecedentibus collectionibus comparemus, a medietate saeculi XVI parum progressa dicenda est. Auctores, enim, alii ab aliis indicem documentorum Summorum Pontificum transcribunt, et tantum ex indole uniuscuiusque operis hunc catalogum augent vel minuunt.

Antonius a Corduba, qui potissimum influxit in Regulae commentatores ob suam Regulae magistralem expositionem anno 1551 factam (68), bullas papales hoc in ordine citat: in primis *declarationes*

(62) *Ibid.* 271b-272a, 273b, 278b-279a.

(63) F. EHRLE, S. I., *Zur Vorgeschichte des Concils von Vienne*, in ALKG 3 (1887) 1-32. Cf. L. OLIGER, OFM., *De novo codice collectionis Actuum fr. Raymundi Fronsiaci, Ordinis procuratoris*, in AFH 7 (1914) 159s. De controversiis huius periodi vide praeter citatum studium Francisci Ehrle, E. MÜLLER, OFM., *Das Konzil von Vienne 1311-1312. Seine Quellen und seine Geschichte*, Münster in Westf. 1934, 236-386.

(64) EHRLE, *l. c.* 9s.

(65) *Ibid.* 8s.

(66) *Ibid.* 25.

(67) Cf. H. LIPPENS, OFM., *Descriptio codicum belgo-franciscalium diversis in locis asservatorum*, in AFH 23 (1930) 383s.

(68) ANTONIUS DE CORDUBA, OFM., *Dilucida expositio super Regulam fratrum minorum ... denuo recognita ... per fratrem Petrum Navarrum*, Matriti 1616. Idem editor de ea scribit: « De las exposiciones modernas, la mejor y más acertada sin

*quae sunt tenendae et servandae*, id est, illas Nicolai III, Clementis V et Ioannis XXII; *eas quae iam servari non debent* utpote obsoletae, id est, illas Gregorii IX, Innocentii IV, Alexandri IV et Gregorii XI [sic]; *eas quae servari possunt*, id est, illas Martini IV et Martini V; loquitur insuper de bulla *Quia nonnumquam* Ioannis XXII, quacum revocatur prohibitio explicandi decretalem *Exitit* Nicolai III, et de bulla *Ad conditorem* postea a Martino V et ab Alexandro VI revocata; tandem memorat breve *Circumspecta Xysti* IV (69).

Ludovicus Miranda, in sua Regulae expositione (70), capitulum habet hoc cum titulo: *De las diferentes explicaciones y declaraciones que en diversos tiempos han hecho los Romanos Pontífices sobre nuestra Regla*, in quo citat declarationes Gregorii IX, Innocentii IV, Alexandri IV, Gregorii X, Nicolai III, Clementis V, Ioannis XXII in bullis de quibus locuti sumus, et Martini V in constitutionibus dictis martinianis. In margine auctor progressive adnotat numerum huiusmodi declarationum et usque ad octo recenset. Praeterea, decretali *Quorumdam exigit* Ioannis XXII citata, addit ipsum Ioannem XXII promulgasse alias quatuor declarationes, scilicet *Quia nonnumquam*, *Ad conditorem*, *Cum inter nonnullos*, *Quia quorundam*. Et etiam alios pontifices nominat, uti Martinum IV et Nicolaum IV (71).

Petrus Navarrus quaestionem quoque habet quae inscribitur: *Qué declaraciones de Pontífices y exposiciones de doctores se han de seguir para guardar puramente la Regla* (72). In primis, respondit Navarrus, servandae sunt declarationes quas Nicolaus III et Clemens V dederunt; item quantum ad vestem attinet illa Ioannis XXII, *Quorumdam exigit*. Piores vero declarationes, nempe Gregorii IX, Innocentii IV,

contradicción es la que hizo el doctísimo padre fray Antonio de Córdoba, en cuyo estudio gastó veinticinco años, no dejando autor ni expositor de cuantos le precedieron que no mirase para ella», P. NAVARRO, OFM., *Exposición de la Regla de nuestro seráfico padre san Francisco*, Madrid 1641, 25. Cf. A. LAMELA, *Aportación bio-bibliográfica en torno a fray Antonio de Córdoba, OFM. (1485-1578)*, in *Liceo franciscano* 6 (1953) 179-207.

(69) *Ibid.* q. 6 introductoria, ff. 19r-20r.

(70) L. MIRANDA, OFM., *Exposición de la Regla de los frailes menores*, ed. 2, Salamanca 1622.

(71) *Ibid.* c. 13, pp. 78-84.

(72) P. NAVARRO, OFM., *Exposición de la Regla de nuestro seráfico padre san Francisco*, Madrid 1641, quaestio prooemii 6, p. 23.

Alexandri IV et Gregorii XI [sic], superatae sunt (73). De syndico apostolico alio in capite agens, auctor loquitur etiam de documentis pontificiis ad hanc institutionem spectantibus ab Innocentio IV, Martino IV, Nicolao IV et Martino V promulgatis (74).

Lucas Waddingus sermonem habens de bulla *Ad conditorem* Ioannis XXII, per quam papa dominium bonorum Fratrum Minorum abiciebat abrogabatque institutionem syndicorum apostolicorum, affirmat talem procedendi modum praexceptis priorum Romanorum Pontificum contradicere. Et allegat bullas *Quo elongati* Gregorii IX, *Ordinem vestrum* Innocentii IV et Alexandri IV, *Exiit qui seminat* Nicolai III, *Exsultantes in Domino Martini IV*, *Inter ceteros ordines* Bonifacii VIII, *Exivi de paradiſo* Clementis V. Ceterum decretalis Ioannis XXII revocata fuit a Martino V ope bullae *Amabiles fructus* et ab Eugenio IV ope *Provisionis nostrae*. Quod etiam Calixtus III, Nicolaus V, Pius II, Paulus II, Xystus IV in bulla *Dum fructus uberes*, Alexandrus VI in *Uberes fructus*, Iulius II et Leo X in bulla *Merentur* comprobarunt (75).

Leander a Murcia quaeritur: *qué declaraciones se han de seguir?* Et de diversis familiis franciscanis sermonem instituens, commemorat decretales Nicolai III, Clementis V, Ioannis XXII (*Quorumdam exigit* et *Ad conditorem*), Martini IV, Martini V et Alexandri VI (76). Alio in loco citat Innocentium IV, Alexandrum IV et Xystum IV (77). Et disserens de syndicis apostolicis memorat Innocentium IV, Martinum IV, Nicolaum IV, Martinum V et Xystum IV (78).

Expositores saeculorum XVI-XIX, qui aliquot pontifices quacunque de causa simul enumerant, nihil aliud faciunt nisi alias transcribere, bullas saeculorum XIII-XV quas memoravimus semper repetentes. Hoc idem faciunt auctores saeculi XX (79). Omissis autem

(73) *Ibid.* 23.

(74) *Ibid.* quaest. 12 in cap. 4 Regulae, p. 191s., 194.

(75) L. WADDINGUS, *Annales VI*, 453-456.

(76) LEANDRO DE MURCIA, OFM. Cap., *Cuestiones selectas regulares y exposición sobre la Regla de los frailes menores*, Madrid 1645, c. 2 supra c. 1 Regulae, n. 11, p. 6s.

(77) *Ibid.* c. 4 supra c. 4 Regulae, n. 2s., p. 211.

(78) *Ibid.* c. 5 supra c. 4 Regulae, n. 1-7, p. 212s.

(79) Vide v. gr. HIERONYMUS A POLITIO, OFM. Cap., *Expositio cum dubiis excussis in Regulam seraphici patriarchae S. Francisci*, Neapoli 1606, praeludium 3, n. 7, p. 38s.; ANTONINO DA PATTI, OFM., *Considerazioni ed esposizioni sopra tutti i precetti della Regola*, Venezia 1615, consideratio 4, n. 32, p. 67; CYPRIANUS CROUSERS

expositoribus, aliqui recensioris temporis auctores vel bullas cuiusdam periodi specialis recensuerunt, vel illas ab apostolica autoritate decurrentibus saeculis XIII-XV datas iterum retulerunt. Ita Maggiani ante decretalem *Exitit qui seminat* sequentes pontificias declaraciones saeculi XIII profert: *Quo elongati, Ordinem vestrum Innocentii IV* (silet de Alexandro IV), *Quanto studiosius Innocentii IV, Cum dilectos filios Alexandri IV, Cum dilecti filii Clementis IV et Voluntariae paupertati Gregorii X* (80). Wagner, pontificias interpretationes Regulae franciscanae recensens, compendium praebet sequentium bullarum nostrae periodi: *Quo elongati, Ordinem vestrum, Quanto studiosius, Exitit qui seminat, Exsultantes in Domino Martini IV, Exivi de paradiso, Quorumdam exigit, Quia nonnumquam, Ad conditorem Ioannis XXII, Amabiles fructus Martini V* (81).

Existit, ergo, uti manifesto apparet, certa traditio relate ad praeципuorum documentorum ab apostolica auctoritate circa Regulam franciscanum promulgatorum enumerationem. Quae saepius referuntur bullae hae sunt: *Quo elongati, Ordinem vestrum, Voluntariae paupertati, Quorumdam exigit, Exsultantes in Domino, Amabiles fructus et praesertim, omnibus ceteris longe excellentiores, genus seriemque seorsum constituentes, Exitit qui seminat et Exivi de paradiso.*

Non omnes decretales pontificiae ab auctoribus allatae ut Regulae franciscanae interpretationes sunt revera tales; auctores enim non semper loquuntur cum verborum proprietate. Sic, e. gr. non semel in saeculo XIV Innocentius V ut Regulae commentator prolatus est (82),

AB ANTUERPIA, OFM. Cap., *Lectiones paraeneticæ ad Regulam seraphici patris S. Francisci*, Coloniae Agrippinae 1625, lectio 1 ad cap. 1, p. 37s.; ANTONIO DE SANTA MARIA, OFM., *Manual sumario de la Regla de los frailes menores*, Madrid 1583, f. 65r; J. NIÑO, OFM., *Memorial de los preceptos que en la Regla de nuestro seráfico padre san Francisco obligan a culpa mortal, y su exposición*, Salamanca 1622, 16; ALBERTUS A BULSANO, OFM. Cap., *Expositio Regulae fratrum minorum*, Romae 1932, n. 6, p. 24-28; BERNARDINO DA SIENA, OFM. Cap., *Esposizione della Regola francescana*, ed. 2, Roma 1959, n. 41-46, p. 23s.

(80) V. MAGGIANI, OFM., *De relatione scriptorum quorumdam S. Bonaventurae ad bullam «Exitit» Nicolai III* (1279), in AFH 5 (1912) 11 nota 3.

(81) E. WAGNER, OFM., *Historia constitutionum generalium ordinis fratrum minorum*, Romae 1954, 17-31.

(82) Vide v. gr. reclamationem secundam Ludovici Bavari contra Ioannem XXII (editam in BF V, 271b-279b, in nota), pp. 272a, 278a. Verba Innocentio V adscripta sunt sequentia: «Alta paupertas est habere pauca propter Deum

cum de facto, ut bene Ioannes XXII adnotat, tantum aliquam sententiam scripserit, quae ad Regulam referri potest, ut doctor tamen particularis (83). Item usque ad saeculum XVI Gregorius X ut expositor Regulae apparuit, sed potius quam per bullam *Voluntariae paupertati*, per indirectam confirmationem Regulae factam in Lugdunensi concilio anni 1274, ut in decretali *Exitit* (84) et in opere *Tractatus de Christi et apostolorum paupertate* Bonagratis a Bergamo (85) videri potest. Neque bullae *Cum dilectos filios* Alexandri IV (86) et *Cum dilecti filii* Clementis IV ut Regulae franciscanae expositiones haberi possunt (87).

\* \* \*

Quisquis hodie indicem absolutum et perfectum, quantum fieri potest, interpretationum a Summis Pontificibus pro franciscana legislatione traditarum redigere vult, debet in primis clare limites suae investigationis circumscribere, cum ingens sit numerus documentorum pontificiorum quae plus minusve directe vel indirecte Regulae franciscanae accedunt. Altera ex parte, cum in ipsis documentis nonnulla sint quae ampliori criterio quam alia eam explicit, difficultates quoque crescent quae bonam enumerationem impediunt; nam auctores et diversae quidem familiae franciscanae in sua praeclara historia varias et discrepantes sententias circa has declarationes Romanorum Pontificum saepe habuerunt.

Nobis non fuit propositum omnes pontificias expositiones quomodocumque ad Regulam respicientes colligere; quod opus quam maxime fastidiosum et parvi momenti fuisset. Studium potius contulimus ad annotandas *interpretationes*, id est, documenta pontificia, quae directe *Regulam qua talem*, sive in eius integritate sive etiam in aliquo eius capite tangunt. Et hoc nimirum sive de ipsa agant tantum ut verborum significationem clarius exponant, sive ut eam amplificant

propria; altior, quae nulla habet propria, habet tamen in suo collegio in communi; altissima, quae nihil habet in hoc mundo in proprio nec in communi: et haec fuit Christi et apostolorum » (*ibid.* 272a).

(83) IOANNES XXII, *Quia quorundam*, 10 nov. 1324, in BF V, 276a.

(84) NICOLAUS III, *Exitit qui seminat*, 14 aug. 1279, in SLTO, Prologus, n. 3, p. 184. Cf. IOANNES XXII, *l. c.* 278b.

(85) Editum ab Olinger in AFH 22 (1929) 323-335, 487-511. Vide p. 329.

(86) ALEXANDER IV, *Cum dilectos filios*, 29 sept. 1259, in BF II, 366ab.

(87) CLEMENS IV, *Cum dilecti filii*, 25 iul. 1265, in BF III, 24b-25b.

vel coarctent. Scilicet unum nostra interest: ut huiusmodi documenta non *ad casum particularem* alicuius religiosi vel provinciae, sed *ad Regulam, qua talem*, sese referant. Cetera omnia documenta pontificia sat improprie ut expositiones legislationis haberi possunt; eorum quidem obiectum non est ipsa Regula, sed legis accommodationes ad casus particulares, et plerumque sunt *legis dispensationes*, et proinde non ad genus interpretationum pertinent, sed *vulnerum legis* seriem constituant.

Ex altera tamen parte, in nostro labore eas quoque collegimus bullas quae, etsi ad determinatas provincias vel personas directae, applicationem habent universalem et ideo Regulam qua talem, sive in seipsa sive in aliqua pontificia approbatione, explicant vel comprobant. Hae bullae, quamquam materialiter particulares sint, formaliter tamen sunt universales. Praeterea vocem «*interpretationem*» sumpsimus in sua amplissima significazione, in illa nempe de qua loquitur can. 17 § 2 Codicis iuris canonici. Ibi enim nitide distinguuntur interpretationes quae verba legis in se certa tantum declarant aut dubia explicant, et interpretationes quae legem ipsam coarctant vel extendunt. Hoc modo vitare voluimus numerosas et laboriosas illas quaestiones, quae decursu historiae franciscanae propositae sunt circa determinata documenta pontificia, utrum verae sint Regulae interpretationes, an potius dispensationes et relaxations (ut verbo praeteritorum saeculorum utamur) eiusdem Regulae.

Necessarium porro aestimavimus duas etiam recensere redactiones constitutionum generalium huius periodi, quae ex mandato Romani Pontificis compositae sunt et ab ipso postea approbatae *in forma specifica* per earundem transcriptionem in ipsa bulla papali: quae sunt constitutiones benedictinae anni 1236 et martinianaee anni 1430. De facto, etsi indirekte, istae constitutiones sunt Regulae interpretationes, quia in ipsis, in *martinianis* praesertim, quaestiones intime coniunctae cum normis vitae, quas S. Franciscus suis asseclis proposuit, tanguntur. Hoc nos induxit, perfectioris expositionis gratia, ut includeremus etiam aliquas bullas, quae de observantia martinianarum constitutionum agunt.

Postremo animadvertisimus non omnia documenta pontificia allata unice de Regula agere sub aspectu, quem supra exposuimus. Quaedam sunt, minima vero pars, quae complura tangunt argumenta, inter quae aliqua relationem ad nostrum studium habentia. Quam relationem

in bono collocare lumine curavimus in brevi commentario unicuique documento pontificio adjuncto.

Quibus praemissis, en hic, ordine chronologico numerata, usque ad annum 1517, documenta pontificia quae patienti inquisitione in bulariis et collectionibus detegere potuimus.

### **DOCUMENTA PONTIFICIA ORDINE CHRONOLOGICO DISPOSITA (88).**

#### **Honorius III**

(18 iul. 1216 – 18 mart. 1227)

##### **1. – Solet annuere, 29 nov. 1223**

Prima solemnis approbatio Regulae franciscanae, quae fundatum quoque constituit pro omnibus interpretationibus authenticis posterioribus. Per eam Regula anni 1223 vim propriam iuridicam obtinuit, et appellatione vulgari *Bullata* dicitur. Cf. n. 21.

SLTO, 35-47; BR III, 394a-397b; BF I, 15b-19a; Epit. 225a-228a; BC VI, 2a-5b; Wad. II, 80.

#### **Gregorius IX**

(19 mart. 1227 – 22 aug. 1241)

##### **2. – Quo elongati, 28 sept. 1230**

Prima Regulae expositio. Eminens iuris ecclesiastici peritus et S. Francisci amicissimus, scil. Gregorius IX, declarat quae fuerit Sancti legislatoris intentio in aliquibus principalioribus quaestionsibus Regulae, de quibus suam authenticam interpretationem proponit.

BR III, 449b-452b; BF I, 68a-70b; Epit. 229a-231a; BC VI, 10b-12b; Rod. I, 8b-10a; Wad. II, 275-278.

(88) Indicamus editiones bullarum, quae in sequentibus operibus transcriptae inveniuntur: *Bullarium Ordinis Capuccinorum* (BC); *Bullarium Franciscanum* (BF); *Bullarium Franciscanum. Nova series* (BF n. s.); EUBEL, *Bullarii Franciscani Epitome* (Epit.); *Bullarium Romanum* (BR); FRIEDBERG, *Corpus iuris canonici*, (Fried.); *Pontificiae Constitutiones ad seraphicam religionem spectantes* (Pont. Const.); RODERICUS, *Nova collectio* (Rod.); *Seraphicae legislationis textus originales* (SLTO); WADDINGUS, *Annales* (Wad.). Vide notam in initio positam.

3. – *Prohibente regula*, 12 dec. 1240

Prima dispensatio in praecepsis particularibus Regulae. Ministris provincialibus facultatem concedit examinandi necnon approbandi praedicatorum. Vi Regulae haec potestas reservabatur ministris generalibus. Cf. n. 6, 7, 14, 17.

BF I, 287ab; Wad. III, 466-467.

4. – *Pio vestro*, 7 iun. 1241

Secunda dispensatio in praecepsis Regulae. Religiosi satisfaciunt obligationi recitandi officium divinum secundum ordinem sanctae Romanae Ecclesiae, etiamsi officium diversum dicant, dummodo illud recitent cum aliis, qui officium diversum dicunt ab illo, quod in Regula praescribitur. Cf. n. 8, 12.

BF I, 296ab; Wad. III, 473-474.

5. – *Gloriantibus vobis*, 19 iun. 1241

Tertia in praecepsis Regulae dispensatio. Ministri generales et provinciales, solummodo tamen quando absentes sunt, possunt alios religiosos delegare ut recipiant fratres. Cf. n. 9.

BF I, 298ab.

**Innocentius IV**

(25 iun. 1243 – 7 dec. 1254)

6. – *Prohibente regula*, 30 oct. 1243

Confirmatio similis bullae Gregorii IX (n. 3).

BF I, 312a (remissive).

7. – *Prohibente regula*, 23 iul. 1244

Confirmatio bullae anterioris.

BF I, 312a (remissive).

8. – *Pio vestro*, 20 iun. 1244

Extendit facultatem a Gregorio IX concessam (n. 4). Religiosi, quando extra conventum versantur, obligationi divini officii satisfaciunt, quando diversum ab illo quod in Regula praescribitur recitant, et quidem sive cum aliis (ut supra) sive soli recitent.

BF I, 344ab; BC VI, 20b; Rod. I, 16a; Wad. III, 128.

9. – *Gloriantibus vobis*, 3 ian. 1245

Confirmatio similis bullae Gregorii IX (n. 5).

BF I, 352a (remissive).

10. – *Ordinem vestrum*, 14 nov. 1245

Altera magni momenti interpretatio Regulae, quae nititur bulla *Quo elongati* et diversis dispensationibus a Gregorio IX concessis. Extendit notionem paupertatis franciscanae, quae in his documentis inveniebatur, et authentice explicat principales quaestiones dubias Regulam respicientes. Cf. n. 15.

BR III, 520a-522a; BF I, 400a-402b; Epit. 238a-239b; BC VI, 22a-24a; Wad. III, 147-150.

11. – *Quanto studiosius*, 19 aug. 1247

Primum documentum de syndicis apostolicis. Ministris generalibus et provincialibus conceditur facultas nominandi aliquas personas, quae nomine Sanctae Sedis bona religiosis oblata administrent. Pariter licet eis nominatos destituere, quin debeant ad Romanum Pontificem recurrere.

BF I, 487b-488a; BC VI, 24b-25a; Wad. III, 553-554.

**Alexander IV**

(12 dec. 1254 – 25 mai 1261)

12. – *Pio vestro*, 22 iun. 1255

Confirmatio similis bullae Gregorii IX (n. 4) et Innocentii IV (n. 8).

BF II, 52a (remissive).

13. – *Inter alia*, 4 oct. 1255

Ministri generales plena gaudent auctoritate statim a momento electionis. Ministri provinciales de cetero et secundum Regulam possunt eos ab officio deponere. Cf. n. 16, 17.

BF II, 76a-77a; Wad. III, 612-613.

14. – *Prohibente regula*, 20 ian. 1257

Confirmatio similis bullae Gregorii IX (n. 3).

BF II, 187a (remissive); Rod. I, 28a; Wad. IV, 502 (remissive).

15. – *Ordinem vestrum*, 20 febr. 1257 (89)

Confirmatio similis bullae Innocentii IV (n. 10).

BF II, 196a (remissive); Wad. IV, 504-507.

16. – *Virtute conspicuos*, 2 aug. 1258

Confirmatio magni momenti omnium privilegiorum Ordinis. In initio invenitur transcripta magna ex parte bulla *Inter alia Alexandri* IV (n. 13). Cf. n. 17.

BF II, 298a-303a; Epit. 263b-267b; Wad. IV, 540-545.

**Clemens IV**

(5 febr. 1265 – 29 nov. 1268)

17. – *Virtute conspicuos*, 21 iul. 1265

Collectio authentica omnium facultatum Ordini Minorum concessarum. Renovantur in ea bullae *Inter alia Alexandri* IV (n. 13), et *Prohibente regula* Gregorii IX (n. 3), ac insuper proponuntur diversae quaestiones Regulam respicientes. Cf. n. 16, 24, 30, 46, 55, 69.

BR III, 736a-742b; BF III, 19a-24b; BF n. s. III, 267a-271b; Epit. 284b-288b; BC VI, 159a-183a; Rod. I, 148b-151b; Wad. XIV, 113-120.

(89) Quidam de authenticitate huius bullae dubitant. Cf. H. SBARALEA, OFM. Conv., in BF II, 196, nota c. Verum quidem est quod capitulum generale in Narbona celebratum 1260 loquitur de sola bulla *Ordinem vestrum* Innocentii IV (cf. AFH 3 [1910] 503, n. 13). Pariter certum est quod iam Bonagratia a Bergamo, procurator ordinis tempore discussionum inter communitatem et spirituales (1309-1312), de authenticitate eius dubitavit (cf. ALKG 3 [1887] 9; vide nihilominus suum opus *Tractatus de Christi et apostolorum paupertate*, in AFH 22 [1929] 329 et 330). Tamen semper fuit firma traditio de eius existentia. Cf. v. gr. GUILLEMUS DE MARA, *Correctorium fratris Thomae* (ed. P. GLORIEUX, *Le Correctorium corruptorii «Quare»*, Kain 1927) p. 405; IOANNES XXII, *Quia quorumdam*, 10 nov. 1324, in BF V, 272a, 273b, 274a, 278ab; BARTHOLOMAEUS A PISA, *Expositio Regulae*, in *Analecta franciscana* 4 (1906) 378, 383; Wad. IV, 4 (in pp. 504-507 bullae textum publici iuris facit); C. EUBEL, OFM, Conv., in AFH 1 (1908) 609, n. 39; F. PENNACCHI, in AFH 8 (1915) 608, n. 105; *Constitutiones martinianae*, in BF n. s. I, 5a; K. ESSER, OFM., in *Franziskanische Studien* 28 (1941) 119. Vide etiam collectiones principales saeculi XVI, de quibus sermo fuit in initio huius studii. Independens a problemate de authenticitate est quaestio utrum nempe Alexander IV re vera promulgaverit bullam *Ordinem vestrum* vel solum authenticavit transcriptionem bullae redactae a Innocentio IV. Cf. C. EUBEL, *Epitome*, 90 nota 10; F. PENNACCHI, in AFH 8 (1915) 608, n. 105. Authenticitas documenti usque ad tempora recentiora admissa fuit.

18. – *Obtentu divini*, 12 febr. 1266 (90)

Religiosi heredes fieri possunt et eis licet recipere bona temporalia. Haec bulla est spuria.

BF III, 71ab; Rod. I, 35a; Wad. IV, 588-589.

**Gregorius X**

(1 sept. 1271 – 10 ian. 1276)

19. – *Voluntariae paupertati*, 5 nov. 1274

Religiosi possunt commutare et alienare bona mobilia. Insuper possunt sanctimonialium monasteria ingredi, clarissarum unice exceptis. In hoc secundo puncto, bulla *Quo elongati* Gregorii IX (n. 2) relicta, Gregorius X sequitur normas quas statuerant Innocentius IV et Alexander IV in decretali *Ordinem vestrum* (n. 10, 15). Postea Nicolaus III in bulla *Exitit qui seminat* (n. 20) ad normam a Gregorio IX datam redibit: ingressus in quodcumque monasterium sanctimonialium franciscanis interdicitur.

BF III, 222b-223a; Wad. IV, 469-470.

**Nicolaus III**

(25 nov. 1277 – 22 aug. 1280)

20. – *Exitit qui seminat*, 14 aug. 1279

Haec bulla est, simul cum decretali *Exivi de paradiſo* (n. 32) Clementis V, Regulæ franciscanae interpretatio praecipua, fundamentum legislationis posterioris Ordinis franciscani constituens.

---

(90) Multae discussiones factae sunt de istius bullae authenticitate. Ipsa certe ad dominicanos directa fuit. Sed fuitne directa etiam ad franciscanos? Sbaraglia hanc sententiam propugnat praesertim propter duas rationes: 1) authenticitas bullae agnita fuit in forma praesentata a fratribus conventionalibus a speciali commissione ad hoc deputata a Benedictio XIII anno 1728; 2) authenticitas documenti semper agnita fuit usque fere ad nostra tempora. Propter hoc habetur in *Bullarium Franciscanum* (III, 71 nota e). Alii eam acriter impugnarunt. De hoc vide v. gr. F. ANNIBALI DE LATERA, OFM., *Ad bullarium franciscanum supplementum*, Romae 1780, 86-116; DOMINICUS DE GUBERNATIS, OFM., *Orbis seraphicus II*, Lugduni 1685, lib. 9, c. 2, n. 9, p. 491a-492b. Eius authenticitas hodie a franciscanis non admittitur. Cf. *Epit.* 125 nota 7; L. OLIGER, OFM., *Della vita e degli scritti del P. Flaminio Annibali da Latera, OFM.* (1733-1813), in AFH 7 (1914) 594s.; Wad. IV, 285 nota 1, redacta ab editoribus.

Nicolaus III defendit Ordinem contra adversarios externos, affirmans sanctum et possibile esse propositum observandi altissimam paupertatem et absolute ab usu pecuniae abstinenti. Insuper explicat quaestiones dubias maioris momenti Regulae.

SLTO, 181-227; c. 3, V, 12 in VI<sup>o</sup> (Fried. col. 1109-1121); BF III, 404b-416b; Epit. 290b-300b; BC IV, 56a-66b.

21. – *Litteras felicis*, 21 aug. 1279

Confirmatio bullae *Solet annuere* Honorii III (n. 1).

BF III, 417a (remissive); Wad. V, 514 (remissive).

**Martinus IV**

(22 febr. 1281 – 28 mart. 1285)

22. – *Ad fructus uberes*, 13 dec. 1281

Dispensatio Regulae, vi cuius ministri generales et provinciales possunt concedere religiosis facultatem praedicandi, quin ab Ordinariis locorum petant.

BF III, 480ab; Epit. 300b; Rod. I, 45a (incomplete); Wad. V, 538-539.

23. – *Exultantes in Domino*, 18 ian. 1283

Solemne documentum de syndico apostolico, in quo agitur de eius electione, officii cessatione, ac de eius iuribus. Cf. n. 28, 36, 37, 45, 47, 48, 67.

BF III, 501a-502a; Epit. 301ab; BC VI, 67a-68a; Rod. I, 44ab; Wad. V, 545-546; Wad. X, 153-154.

**Honorius IV**

(2 apr. 1285 – 3 apr. 1287)

24. – *Virtute conspicuosis*, 20 nov. 1285

Confirmatio similis bullae Clementis IV (n. 17).

BF III, 551b (remissive).

**Nicolaus IV**

(15 febr. 1288 – 4 apr. 1292)

25. – *Quia nonnulli*, 30 apr. 1288

Clare statuitur quod bona mobilia et immobilia Fratrum Minorum, illis quae donatores sibi reservarunt exceptis, ad Sanctam Sedem pertineant.

BF IV, 17ab; BC VI, 71ab; Wad. V, 576-577.

26. – *Ad statum pacificum*, 13 mai 1288

Pro electione ministri generalis quaelibet provincia mittat ad capitulum unum tantum custodem.

BF IV, 19ab; Rod. I, 46a; Wad. V, 566-567.

27. – *Quoniam revocatur*, 14 mai 1288

Sine licentia Romani Pontificis et cardinalis protectoris nequit eligi vicarius generalis, dum officium ministri generalis vacat.

BF IV, 21ab; Rod. I, 46b; Wad. V, 578.

28. – *Religionis favor*, 22 nov. 1290

Repetit ea quae in bulla *Exultantes in Domino Martini* IV (n. 23) dicta sunt.

BF IV, 190b (remissive); Wad. V, 609 (remissive).

**Bonifacius VIII**

(24 dec. 1294 – 11 oct. 1303)

29. – *Inter ceteros*, 11 nov. 1295

Bona mobilia et immobilia Fratrum Minorum, quando donatores dominium eorum non retinent, ad Sanctam Sedem pertinent.

BF IV, 370a-371a; BC VI, 73a-74a; Wad. V, 631-632.

30. – *Virtute conspicuos*, 11 nov. 1295

Essentialiter repetit doctrinam similis bullae Clementis IV (n. 17).

Cf. n. 46.

BF IV, 371a (remissive); Wad. IX, 552-557 (textus incompletus).

31. – *Habet vestrae*, 12 nov. 1295

Religiosi qui a praelatis invitantur, possunt monasteria sanctimonialium ingredi.

BF IV, 372ab; BC VI, 75ab; Rod. I, 53a; Wad. V, 630-631.

**Clemens V**

(5 iun. 1305 – 20 apr. 1314)

32. – *Exivi de paradiso*, 6 mai 1312

Declaratio solemnis Regulae franciscanae, quae simul cum bulla *Exitit qui seminat* Nicolai III (n. 20) fontem principalem constituit pro interpretationibus posterioribus cum authenticis tum doctrinalibus. Promulgatur inter concilium Viennense, post multas controversias internas inter communitatem et spirituales (controversias a. 1309-1312), et post maturum examen ex parte Romani Pontificis. Cf. n. 33.

SLTO, 229-260; c. 1, V, 11 in Clem. (Fried., col. 1193-1200); BF V, 80a-86a; BC VI, 83a-89b; Wad. VI, 227-237.

33. – *Magister gentium*, 21 mai 1313

Excitat ad perfectam observantiam bullae *Exivi de paradiso* (n. 32).

BF V, 93b-95a.

**Ioannes XXII**

(7 aug. 1316 – 4 dec. 1334)

34. – *Quorumdam exigit*, 7 oct. 1317

Interpretatio Regulae de vestitu, de paupertate et de obedientia, quae superioribus debetur.

C. 1, tit. 14, in Extrav. Ioan. XXII (Fried., col. 1220-1224); BF V, 128a-130b; BC VI, 93a-96b; Wad. VI, 308-313.

35. – *Quia nonnumquam*, 26 mart. 1322

Primum documentum magni momenti respiciens celebrem discussionem de paupertate Christi. Suspendit: a) prohibitionem glossas Regulae adiungendi; b) penas, quas Nicolaus III in bulla *Exitit*

*qui seminat* (n. 20) statuit contra eos qui commentarios supra Regulam conficiunt, Cf. n. 40.

C. 2, tit. 14 in Extrav. Ioan. XXII (Fried., col. 1124); BF V, 224b-225b; BC VI, 98ab; Wad. VI, 446-447.

36. – *Ad conditorem*, 8 dec. 1322

Declaratio sat vehemens Regulae, in qua Ioannes XXII respuit et reicit tamquam inutile atque periculosum dominium ex parte Sanctae Sedis bonorum, quibus utuntur Fratres Minores. Proinde revocat bullas de syndicis apostolicis promulgatas a Martino IV et ab aliis Romanis Pontificibus. Derelinquitur linea vel positio, quam hucusque Romani Pontifices secuti sunt relate ad dominium bonorum; e. gr. Gregorius IX (n. 2), Innocentius IV (n. 10), Alexander IV (n. 15), Nicolaus III (n. 20), Martinus IV (n. 23), Nicolaus IV (n. 25, 28), Bonifacius VIII (n. 29) et Clemens V (n. 32). Haec declaratio postea revocata fuit a Martino V (n. 48). Cf. n. 37, 39, 40, 42, 47.

BF V, 235b-237a (in nota).

37. – *Ad conditorem*, [s. d.] [8 dec. 1322] (91)

Expositio Regulae amplior et minoris vehementiae quam praecedens de paupertate, quam debent observare Fratres Minores, et de dominio eorumdem bonorum ex parte Sanctae Sedis. Bullas de syndicis revocat. Cf. n. 36, 39, 40, 42, 47, 48.

C. 3, tit. 14 in Extrav. Ioan. XXII (Fried., col. 1225-1229); BF V, 233b-246b; BC VI, 100a-104b.

38. – *Cum inter nonnullos*, 12 nov. 1323

Haeretici declarantur illi qui affirmant Christum et eius discipulos nihil possedisse nec in particulari nec in communi. Cf. n. 40, 42.

C. 4, tit. 14 in Extrav. Ioan. XXII (Fried., col. 1229-1230); BF V, 256a-259a; BC VI, 105ab.

---

(91) Ioannes XXII duas bullas rededit cum aequali *incipit*. Post promulgationem primae Bonagratia de Bergamo eam impugnavit nomine Ordinis parvo tractatu quem contra eam edidit. Papa ipsum custodiae mandavit, bullae contentum recognitavit, eam correxit et «sine die» alteram redactionem promulgavit. Cf. C. EUBEL, *Bullarium Franciscanum* V, 233-246 in nota; L. OLIGER, *Fr. Bonagratia de Bergamo et eius tractatus de Christi et apostolorum paupertate*, in AFH 22 (1929) 298s.

39. – *Quia quorumdam*, 10 nov. 1324

Bullarum *Cum inter nonnullos* (n. 38) et *Ad conditorem* (n. 37) a Ioanne XXII promulgatarum impugnatio interdicitur. Cf. n. 40, 42.

C. 5, tit. 14 in Extrav. Ioan. XXII (Fried., col. 1230-1236); BF V, 271b-280a; BC VI, 106a-111b.

40. – *Contra latratus*, 21 nov. 1324

Bulla, qua ad plures universitates et studia generalia transmittuntur decretalia *Ad conditorem* (n. 37), *Cum inter nonnullos* (n. 38), *Quia quorumdam* (n. 39) et *Quia nonnumquam* (n. 35) promulgata a Ioanne XXII, quae plus minusve directe de paupertate franciscana tractant (92).

BF V, 280b-281a.

41. – *Pium reputantes*, 30 apr. 1326

Vicarii provinciales a ministro generali electi possunt concedere, tamquam si essent ministri provinciales, officium praedicationis et audiendi confessiones.

BF V, 299b-300a.

42. – *Quia vir*, 16 nov. 1329

Argumenta ex-ministri generalis Michaelis a Cesena confutat, proleta contra bullas *Ad conditorem* (n. 37), *Cum inter nonnullos* (n. 38), *Quia quorumdam* (n. 39).

BF V, 408a-449b.

**Benedictus XII**

(16 dec. 1334 – 25 apr. 1342)

43. – *Redemptor noster*, 28 nov. 1336

Primae constitutiones generales redactae iussu Romani Pontificis, approbatae *in forma specifica* et Ordini impositae. Per se

(92) Ioannes XXII voluit ut istae bullae non a solis decretalisticis explanatae essent, sed etiam a magistris theologiae (*Cum certas constitutiones*, 18 jan. 1325, ed. BF V, 282ab). Et in diversis occasionibus iterum et saepius monitum renovabat ut accurate observarentur. Cf. v. g. *Cum quasdam constitutiones*, 8 dec. 1324 (BF V, 281a); *Perduxit nuper*, 1 oct. 1326 (BF V, 308ab).

Benedictus XII non revocat praecedentes declarationes pontificias circa Regulam.

BR IV, 391b-415b; BF VI, 25b-42b; AFH 30 (1937) 332-386.

### **Gregorius XI**

(30 dec. 1370 – 27 mart. 1378)

44. – *Cunctos christifideles*, 27 mai 1373

Primum documentum solemne respiciens potestatem cardinalis protectoris in Ordine franciscano. Auctoritatem eius necnon limites officii definit. Cf. n. 68, 77.

BR IV, 562a-563b; BF VI, 504b-508a; Pont. Const. 299-301; Wad. VIII, 331-333.

### **Bonifacius IX**

(2 nov. 1389 – 1 oct. 1404)

45. – *Vestrae sacrae*, 16 febr. 1395

Confirmatio bullae *Exultantes in Domino Martini* IV (n. 23).

BF VII, 45b; Pont. Const. 293-295; Wad. IX, 534.

46. – *De provisionis*, 1 dec. 1396

Confirmatio bullae *Virtute conspicuos* Bonifacii VIII (n. 30).

BF VII, 69a; Wad. IX, 552-557.

### **Martinus V**

(11 nov. 1417 – 20 febr. 1431)

47. – *Supplicationes*, 21 iun. 1421

Confirmat, sine bulla, decretale *Exultantes in Domino Martini* IV (n. 23). Cf. n. 48.

BF VII, 558b (in nota).

48. – *Amabiles fructus*, 1 nov. 1428

Revocatio solemnis bullae *Ad conditorem* (n. 37) promulgatae a Ioanne XXII, ac renovatio validitatis iuridicae decretalis *Exultantes in Domino Martini* IV (n. 23). Ponitur finis statui iuridico

irregulari in quo Fratres Minores vivebant a tempore Ioannis XXII quantum attinet ad dominium bonorum necnon ad exsistentiam syndicorum apostolicorum. Cf. n. 47, 36, 37, 54.

BF VII, 712ab; BC VI, 127ab; Wad. X, 152-154.

49. – *Pervigilis more*, 27 iul. 1430

Approbavit, explanat et mutat celebres constitutiones an. 1430, quae *martinianae* nuncupantur, quia iussu Martini V redactae erant et eius auctoritate approbatae. Cf. n. 51, 53, 61, 62, 65, 66.

BR IV, 745a-747b; BF VII, 737a-739a; Rod. I, 70b-72a; Wad. X, 189-192;

50. – *Ad statum ordinis*, 23 aug. 1430

Documentum magni momenti de paupertate. Religiosis facultas conceditur possidendi bona et nominandi inter illos ipsos syndicos vel oeconomos cum plena auctoritate. Haec bulla potest considerari tamquam fundamentum familiae Fratrum Minorum Conventualium. Cf. n. 52, 56, 67.

BF VII, 739ab; Wad. X, 192-193.

### Eugenius IV

(3 mart. 1431 – 23 febr. 1447)

51. – *Vinea Domini*, 15 mart. 1431

Revocat bullam *Pervigilis more* Martini V (n. 49) et transcribit atque approbat *in forma specifica* constitutiones quae *martinianae* appellantur. Cf. n. 52, 53, 61, 62, 65, 66.

BF n. s. I, 2a-12a; Wad. X, 208 s. editiones *Constitutionum martinianarum*: BR VI, 734a-744b; BF n. s. I, 3a-12a; BC VI, 128b-136b; Wad. X, 176-189.

52. – *Apostolicae sedis*, 18 apr. 1432

Bulla *Vinea Domini* Eugenii IV (n. 51) non revocat bullam *Ad statum Martini V* (n. 50).

BF n. s. I, 33b-34a; Wad. X, 592-593.

53. – *Solet apostolicae*, 28 apr. 1432

Ad tempus suspendit bullam *Vinea Domini* Eugenii IV (n. 51) et confirmat bullam *Pervigilis more* Martini V (n. 49). Cf. n. 61.

BF n. s. I, 34ab; Wad. X, 587-588; Wad. XIII, 82-85.

54. – *Provisionis nostrae*, 13 febr. 1433

Confirmat bullam *Amabiles fructus Martini V* (n. 48).

BF n. s. I, 50b-51a; Wad. X, 241-242.

55. – *Licet debitum*, 10 nov. 1439

Confirmatio bullae *Virtute conspicuos Clementis IV* (n. 17).  
Cf. n. 69.

BF n. s. I, 211b-212a; BF n. s. III, 266b-271b; BC VI, 159a-183a;  
Rod. I, 148a-151b; Wad. XIV, 113-120.

56. – *Provisionis nostrae*, 9 nov. 1440 (93)

Confirmatio bullae *Ad statum Martini V* (n. 50).

BF n. s. I, 241a.

57. – *Ut sacra*, 23 iul. 1446 (94)

Documentum magni momenti quo augmentur et definiuntur iura  
vicariorum generalium et provincialium apud Observantes. Quam-  
vis non theoretice, tamen practice concedit eis completam indepen-  
dentialiam a superioribus Conventualibus. Cf. n. 60.

BF n. s. I, 497b-500b; Wad. XI, 287-291.

### Calixtus III

(8 apr. 1455 – 6 aug. 1458)

58. – *Illius cuius*, 2 febr. 1456

Bulla concordiae inter Conventuales et Observantes, in qua  
tractantur quaestiones observantiam regularem respicientes. Cf. n.  
59, 60.

BF n. s. II, 68b-71b; Wad. XII, 488-493.

(93) Petrus de Alva et Astorga, in suo *Indiculus bullarum seraphici*, Romae 1655,  
citat praeterea inter bullas Eugenii IV unam cum titulo *Provisionis nostrae*, 23 aug.  
1443. Eius contentum ita brevi comprehendit: «*Generali ministro circa receptionem  
bonorum*» (p. 365, n. 37). Vide insuper BF n. s. III, 964b.

(94) Dantur duae identicae bullae, una est directa ad altramontanos et altera  
ad cismontanos. Cf. BF n. s. I, 497, nota 1. Vide praeterea bullam *Fratrum ordinis*,  
1 aug. 1443, Eugenii IV (BF n. s. I, 332a-334b).

59. – *Conditor orbis*, 24 apr. 1456

Urget exsecutionem bullae *Illius cuius* (n. 58). Cf. n. 60.

BF n. s. II, 85a-86a; Wad. XIII, 76-77.

### **Pius II**

(19 aug. 1458 – 14 aug. 1464)

60. – *Pro nostra*, 11 oct. 1458

Urget exsecutionem bullae *Ut sacra Eugenii IV* (n. 57), et revo-  
cat bullam *Conditor orbis* Callixti III (n. 59), quae transcribit  
decretalem *Illius cuius* (n. 58) eiusdem Romani Pontificis.

BF n. s. II, 255a-256b; Rod. I, 121b-127a; Wad. XIII, 75-78.

61. – *Ad exsequendum*, 24 nov. 1458

Renovatio bullae *Pervigilis more Martini V* (n. 49) et *Solet apo-  
stolicae Eugenii IV* (n. 53).

BF n. s. II, 285ab; Wad. XIII, 82-85.

62. – *Super gregem*, 15 mart. 1463

Confirmat *Constitutiones martinianas* (n. 49, 50) illas in bulla  
transcribendo.

BF n. s. II, 564b-565b (editio Constitutionum remissive).

63. – *Circa regularis*, 12 ian. 1464

Vicarii Observantium sunt veri ministri de quibus loquitur Re-  
gula. Cum igitur illis obedientia praestatur, fideliter praeceptum  
Regulae ministris obediendi observatur. Cf. n. 64, 72.

BF n. s. II, 618b-619a; Wad. XIII, 401-402.

64. – *Felicitis recordationis*, 11 mai 1464

De eodem argumento ac bulla praecedens. Cf. n. 72.

BF n. s. II, 639b-640a; Wad. XIII, 402.

### **Paulus II**

(30 aug. 1464 – 26 iul. 1471)

65. – *Ad fructus uberes*, 13 aug. 1469

Confirmat *Constitutiones martinianas* (n. 49, 50).

BF n. s. II, 785a-786b.

66. – *Ad fructus uberes*, 13 aug. 1469

Confirmat *Constitutiones martinianas* (n. 49, 50).

BF n. s. II, 786b (remissive).

### Xystus IV

(10 aug. 1471 – 12 aug. 1484)

67. – *Dum fructus uberes*, 29 febr. 1472

Renovatio decisionum quae respiciunt paupertatem in bullis *Exultantes in Domino Martini* IV (n. 23), *Ad statum Martini* V (n. 50) et *Provisionis nostrae Eugenii* IV (n. 54, 56). Cf. n. 70.

BF n. s. III, 65a-67b; Rod. I, 136b-138a; Wad. XIV, 619-623.

68. – *Sacra minorum*, 28 ian. 1473

Confirmatio bullae *Cunctos christifideles* Gregorii XI (n. 44) de auctoritate cardinalis protectoris Ordinis. Cf. n. 77.

BR V, 205b-207a; BF n. s. III, 162a-163b; Pont. Const. 292-296; 299-303; Rod. I, 139a-141a; Wad. XIV, 67-69; Wad. XV, 454-456.

69. – *Regimini universalis* [mare magnum], 31 aug. 1474

Confirmatio bullarum *Licet debitum* Eugenii IV (n. 55) et *Virtute conspicuos* Clementis IV (n. 17). Et novas gratias adiungit.

BR V, 217b-223b; BF n. s. III, 266b-276a; BC VI, 158a-199a; Rod. I, 148a-154b; Wad. XIV, 112-127.

70. – *Licet nos*, 7 aug. 1475

Limitatur bulla *Dum fructus uberes* Xysti IV (n. 67) pro Observantibus; ipsi nequeunt heredes fieri.

BF n. s. III, 367ab; Wad. XIV, 641-642.

71. – *Circumspecta apostolicae*, 20 dec. 1480

Documentum magni momenti, quo auctoritas punitiva superiorum limitatur et eorumdem potestas declaratur relate ad obligaciones in conscientia imponendas.

BF n. s. III, 682b-683b; BC VI, 203a-204a; Rod. I, 162ab; Wad. XIV, 293-295.

**Alexander VI**

(11 aug. 1492 – 18 aug. 1503)

72. – *Sanctam regularem*, 30 mart. 1493

Fratres Minores de Observantia, quamvis non obediant ministris sed vicariis, veri Fratres Minores sunt et adimplent praeceptum Regulae obediendi ministris. Cf. n. 63, 64.

Wad. XV, 38-40.

73. – *Exponi nobis*, 16 nov. 1493

Confessarii religiosarum possunt earum monasteria propter rationabiles causas ingredi.

Rod. I, 241ab; Wad. XV, 41-42.

74. – *Uberes fructus*, 10 iul. 1494

Confirmat bullas Martini IV, Martini V, Eugenii IV, Calixti III, Xysti IV et Pauli II, in quibus asseritur quod Fratres Minores possunt « *cum puritate Regulae* » recipere et retinere bona, ut eis utantur, quorum tamen dominium remanet apud Sanctam Sedem.

Wad. XV, 102.

75. – *Intelleximus aliquos*, 24 iul. 1501

Fratres Minores de Observantia qui ad Minores Conventuales transeunt, non possunt fieri heredes neque possunt eorum privilegiis gaudere.

Rod. I, 239a; Wad. XV, 700-701.

76. – *Cum intelleximus*, 5 apr. 1502

Argumentum praecedentis bullae sed magis diffuse expositum.

Rod. I, 240b-241a; Wad. XV, 709-710.

**Julius II**

(1 nov. 1503 – 20 febr. 1513)

77. – *Dum fructus uberes*, 15 oct. 1507

Approbat, renovat et transcritbit bullas *Cunctos christifideles* Gregorii XI (n. 44) et *Sacra minorum* Xysti IV (n. 68) de auctoritate cardinalis protectoris Ordinis.

Pont. Const. 298-303; Wad. XV, 453-456.

78. – *Exponi nobis*, 1 oct. 1509

Determinat nominationem, cessationem, necnon potestatem syndicorum apostolicorum vel oeconomorum.

Rod. I, 248a-249a; Wad. XV, 768-770.

**Leo X**

(9 mart. 1513 – 1 dec. 1521)

79. – *Merentur vestrae*, 3 ian. 1514

Religiosi possunt habitare in magnis conventibus, et uti sacris utensilibus pretiosis.

BR IV, 602b-604a; Rod. I, 281b-282a; Wad. XV, 783-784.

80. – *Accepimus siquidem*, 13 febr. 1514

Fratres Minores non possunt ingredi monasteria monialium neque domos sororum tertii ordinis.

Rod. I, 283ab; Wad. XV, 787-788.

81. – *Ite vos*, 29 mai 1517 (95)

Celebris bulla, *Bulla unionis* dicta, quia unificat omnes reformationes de Observantia; dat eis ministerium generale, cui plenam auctoritatem supra Fratres Minores de Observantia concedit.

BR V, 692b-698b; Pont. Const. 1-8; Rod. I, 274b-277b; Wad. XVI, 49-55.

Ut facile colligitur, valor omnium istarum pontificiarum declarationum hucusque enumeratarum ex momento uniuscuiusque documenti exoritur; et proinde sat dissimilis est, si sub historico aut sub iuridico aspectu documenta illa considerantur.

---

(95) De momento istius bullae pro ordine franciscano, cf. H. HOLZAPFEL, OFM., *Handbuch der Geschichte des Franziskanerordens*, Freiburg im Breisgau 1909, 153-157; J. MESEGUR, OFM., *La bula « Ite vos » (29 de mayo de 1517) y la reforma cisneriana*, in *Archivo Ibero-American*, 2 ép., 18 (1958) 257-361 (in p. 332-353 edit minutam et textum definitivum bullae *Ite vos*); L. DI FONZO, OFM. Conv., *La famosa bolla di Leone X « Ite vos » non « Ite et vos » (29 maggio 1517)*, in *Miscellanea Franciscana* 45 (1945) 164-171.

Quaedam inter memoratas interpretationes tantummodo indirecte de Regula franciscana agunt. Typicum circa hoc praebent exemplum bullae constitutiones martinianas spectantes. Quaedam aliae interpretationes tantum secundarie Regulam tangunt. Ita, v. gr., bullae circa privilegia Ordinis. Aliae vero nihil aliud sunt quam simplices, inderum verbales, repetitiones, vel anteriorum declarationum mutationes, uti v. gr. illae de decretali *Exultantes in Domino Martini* IV deque apostolicis syndicis tractantes. Aliae demum momentosae sunt et Ordini suaserunt decursu diversorum suae historiae temporum in saeculis XIII-XV gressus subsequentes.

Principaliores censendae sunt sequentes:

- Quo elongati* Gregorii IX, n. 2
- Ordinem vestrum* Innocentii IV, n. 10
- Quanto studiosius* Innocentii IV, n. 11
- Voluntariae paupertati* Gregorii X, n. 19
- Exitit qui seminat* Nicolai III, n. 20
- Exultantes in Domino Martini* IV, n. 23
- Exivi de paradiso* Clementis V, n. 32
- Quorūdam exigit* Ioannis XXII, n. 34
- Ad conditorem* Ioannis XXII, n. 36, 37
- Cunctos christifideles* Gregorii XI, n. 44
- Amabiles fructus Martini* V, n. 48
- Ad statum ordinis Martini* V, n. 50
- Vinea Domini Eugenii* IV, n. 51
- Ut sacra Eugenii* IV, n. 57
- Circumspecta Xysti* IV, n. 71
- Ite vos Leonis* X, n. 81

Plures ex ceteris bullis possunt plus minusve directe locum suum obtinere intra ambitum illarum supra enumeratarum. Tantum serum ac diligens studium historico-iuridicum de his pontificiis Regulæ franciscanae interpretationibus momentum, pondus asceticum et vim iuridicam uniuscuiusque earum, secundum aequanimitatem, indicare poterit.

## APPENDIX

**Documenta Pontificia ordine alphabetico disposita:**

*Accepimus siquidem Leonis X, n. 80.*

*Ad conditorem Ioannis XXII, n. 36, 37.*

*Ad exsequendum Pii II, n. 61.*

*Ad fructus uberes Martini IV, n. 22.*

*Ad fructus uberes Pauli II, n. 65, 66.*

*Ad statum ordinis Martini V, n. 50.*

*Ad statum pacificum Nicolai IV, n. 26.*

*Amabiles fructus Martini V, n. 48.*

*Apostolicae sedis Eugenii IV, n. 52.*

*Circa regularis Pii II, n. 63.*

*Circumspecta apostolicae Xysti IV, n. 71.*

*Conditor orbis Calixti III, n. 59.*

*Contra latratus Ioannis XXII, n. 40.*

*Cum intelleximus Alexandri VI, n. 76.*

*Cum inter nonnullos Ioannis XXII, n. 38.*

*Cunctos christifideles Gregorii XI, n. 44.*

*De provisionis Bonifacii IX, n. 46.*

*Dum fructus uberes Xysti IV, n. 67.*

*Dum fructus uberes Iulii II, n. 77.*

*Exiit qui seminat Nicolai III, n. 20.*

*Exivi de paradiso Clementis V, n. 32.*

*Exponi nobis Alexandri VI, n. 73.*

*Exponi nobis Iulii II, n. 78.*

*Exultantes in Domino Martini IV, n. 23.*

*Felicitis recordationis Pii II, n. 64.*

*Gloriantibus vobis Gregorii IX, n. 5.*

*Gloriantibus vobis Innocentii IV, n. 9.*

*Habet vestrae Bonifacii VIII, n. 31.*

*Illius cuius Calixti III, n. 58.*  
*Intelleximus aliquos Alexandri VI, n. 75.*  
*Inter alia Alexandri IV, n. 13.*  
*Inter ceteros Bonifacii VIII, n. 29.*  
*Ite vos Leonis X, n. 81.*

*Licet debitum Eugenii IV, n. 55.*  
*Licet nos Xysti IV, n. 70.*  
*Litteras felicis Nicolai III, n. 21.*

*Magister gentium Clementis V, n. 33.*  
*Merentur vestrae Leonis X, n. 79.*

*Obtentu divini Clementis IV, n. 18.*  
*Ordinem vestrum Innocentii IV, n. 10.*  
*Ordinem vestrum Alexandri IV, n. 15.*

*Pervigilis more Martini V, n. 49.*  
*Pio vestro Gregorii IX, n. 4.*  
*Pio vestro Innocentii IV, n. 8.*  
*Pio vestro Alexandri IV, n. 12.*  
*Pium reputantes Ioannis XXII, n. 41.*  
*Prohibente regula Gregorii IX, n. 3.*  
*Prohibente regula Innocentii IV, n. 6, 7.*  
*Prohibente regula Alexandri IV, n. 14.*  
*Pro nostra Pii II, n. 60.*  
*Provisionis nostrae Eugenii IV, n. 54, 56.*

*Quanto studiosius Innocentii IV, n. 11.*  
*Quia nonnulli Nicolai IV, n. 25.*  
*Quia nonnumquam Ioannis XXII, n. 35.*  
*Quia quorumdam Ioannis XXII, n. 39.*  
*Quia vir Ioannis XXII, n. 42.*  
*Quo elongati Gregorii IX, n. 2.*  
*Quoniam revocatur Nicolai IV, n. 27.*  
*Quorumdam exigit Ioannis XXII, n. 34.*

*Redemptor noster Benedicti XII, n. 43.*  
*Regimini universali Xysti IV, n. 69.*  
*Religionis favor Nicolai IV, n. 28.*

*Sacra minorum Xysti IV*, n. 68.  
*Sanctam regularēm Alexandri VI*, n. 72.  
*Solet annuere Honorii III*, n. 1.  
*Solet apostolicae Eugenii IV*, n. 53.  
*Super gregem Pii II*, n. 62.  
*Supplicationes Martini V*, n. 47.

*Uberes fructus Alexandri VI*, n. 74.  
*Ut sacra Eugenii IV*, n. 57.

*Vestrae sacrae Bonifacii IX*, n. 45.  
*Vinea Domini Eugenii IV*, n. 51.  
*Virtute conspicuos Alexandri IV*, n. 16.  
*Virtute conspicuos Clementis IV*, n. 17.  
*Virtute conspicuos Honorii IV*, n. 24.  
*Virtute conspicuos Bonifacii VIII*, n. 30.  
*Voluntariae paupertati Gregorii X*, n. 19.